



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quomodo coharet parabola ficus cum præcedentibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

noctem aperire templi anas tunc igitur quam primum aper-  
ta, Samaritani quidem clam ingressi Hierosolyma, sparserunt  
ossa humana per porticus, & per totum templum: quo factum  
est vt posthac sacerdotes solito diligentiores custodiam agerent.

Horum profanam impietatem Pilatus vicit, non  
modo templi sanctitate violata, sed singulari etiam  
erga caecos crudelitate violata, quasi diti capita illa deuoue-  
ret, aut quasi adeo detestabiles essent, vt eorum caede  
nullum Deo gratius sacrificium offerri posset.

VERSUS 2.

Et respondens dixit illis: Putatis quod  
hi Galilaei pra omnibus Galileis  
peccatores fuerint, qui talia passi  
sunt.

QVÆSTIO I.

Quomodo omnes similiter perituri dicuntur?

§.1. **N**on eodem genere poenae perituri dicuntur.  
Neth enim multi in templo & circa templum  
sanguinem fuderunt, capta vrbe, & durante bello, vt  
Cyrillus, D. Thomas & alij docent, non tamen ad om-  
nes pertinet; imo cum ista post multos annos conti-  
gerint, tempore Vespasiani plerique qui tunc audito-  
res erant, ante illud tempus defuncti sunt.

§.2. Cōparatio est igitur inter praesentes, & eos qui  
perierunt. Vos, inquit, illos pra caeteris putatis pecca-  
tores fuisse, at non ita est. Ex vobis multi sunt aut æ-  
quales, aut deteriores, ideoq; nisi poenitentiam egerint, simi-  
lites, hoc est, æque atq; illi peribitis, aut praesente vin-  
dicta, & aeterna; aut aeterna, multi enim improbi blanda  
morte obeunt. Imo vix mors facilius, si naturā spe-  
ctes, quā subito casu turris opprimi, in illo enim mo-  
mento vix dolor locum habet. Nec sine causa secum  
magnanimus ille apud Senecam, cum duceretur, dis-  
ceptabat; An in momento quo tenuis absunderetur  
esse dolor posset? Omnes ergo, inquit peribitis, & quidē  
aeternū; nam mors illa quae vobis formidabilis vide-  
tur, omnibus communis est; nec signum criminis est,  
vel sanguis gladio haustus, vel corpus mole obrütū;  
ex morbis enim fere mortes sunt acerbiores. Nunquā  
igitur ex mortibus solis de vita iudicandum est. Deus  
enim vt ex fortissimis quosdam cligit, vt martyrio  
religionem asserant, non tamen omnium fortissimos,  
sed vt in paucis ostendat, quae vis sit gratiae caelestis,  
ira quoq; e malis quosdam horrendo, aut nouo sup-  
plicio in omnium oculis plectit, vt inde quisque dis-  
cat, quid sibi expectandum sit, nisi poenitentiam agat.

Non peri-  
turum eo-  
dem genere  
poena.

Omnes  
qui poeni-  
tentiam  
non agunt  
aeternum  
pereunt.

QVÆSTIO II.

An sine poenitentia peccatores fiant iusti?

§.1. **D**ogma impiū, & moribus deprauandis à Sa-  
tana sparsum est: Iustitiam antecedere, sequi  
poenitentiam, ante poenitentiam impios iustificatos esse:  
quod e diametro Christi verbis repugnat, qui loqui-  
tur impijs, minaturq; nisi poenitentiam egerint, omnes si-  
biliter perituros. Ante poenitentiam igitur sunt in censu  
pereuntium, per poenitentiam seruantur, si ante poe-  
nitentiam iusti, igitur ante poenitentiam omne periculū  
discussum est; non enim perit iustus. His igitur refuta-  
tur impia illa Sibrandi & rigidorum Calvinianorum  
haeresis. Ita q; impossibile, (aiunt) est, impium per poenitentiam  
iustificari. Sib. p. 101. & illa: Homo non agit poenitentiam an-  
tequam iustificatus sit, adeo ne potest quidem. Quos alij hæ-  
retici collegæ etiam seruo refutant.

§.2. Quin etiā hinc conuelliur altera haeresis, qua  
dicunt fidem tantummodo, qua se credant iustos re-  
quiri, vt iusti sint, quos enim Christus reprehendit, iu-

Ante poe-  
nitentiam  
hostes sunt

stos se credebant, & tamen Christus poenitentiam exi-  
git, & se quidem non ignorabant peccasse, sed remissa  
peccata credebant, eos autem qui talia passi fuerint,  
in peccatis hæret, imo fuisse peccatores pra alijs, &  
propterea galilaeos, scilicet galilaeos vel galilaeos pra alijs, &  
alios, vel vt Syrus habet אררי לחר abundantius peccatores  
catores, est enim אררי לחר אררי לחר, abundare, si-  
perare. Hos ergo cum alijs similiter, seu pariter vt Syrus  
haber, אררי לחר אררי לחר, Hoc est, sicut illi peribitis,  
manente tam diu scilicet peccato, quam diu poeni-  
tentiam non retractatur.

VERSUS 4.

Sicut illi decem & octo, supra quos ce-  
cidit turris in Siloe & occidit eos:  
putatis quia & ipsi debitores fue-  
runt praeter omnes homines habitā-  
tes in Ierusalem.

QVÆSTIO I.

Qua turris Siloe?

§.1. **S**iloe vobis nomen est in tribu Ephraim Ios. 1. 1.  
& 2. 9. Jer. 7. 12. de qua tamen hic non est me-  
tio: qui enim oppressi sunt, habitatores Ierusalem fu-  
erunt, qua in re Erasmus hallucinatur. Vrbis Ierusalem  
lim destructa fuit. Jer. 7. 12. Sed tamen postea restau-  
ratam fuisse non est incredibile. Graeci urbem vocant  
Σιλωμ, hic est, חילוש Scheloch in τῷ Σιλωμ, in loco qui  
dicitur Siloam aut sane in riuo, vel piscina Siloam di-  
cta, שילוש שילוש שילוש schiloch schachar aachan m. d. r. s.  
πυρῆς porta fontis Silo, qua Christus alleluia uetus est,  
ita dicitur Nehem. 2. & 12. eam refecit Sellij, Nehem.  
3. Iosephus vocat portam Essenorum bellil. 6. cap. 6.  
quod per eam ad Eugaddim solitudinem commearit:  
fons Siloe ad radices Sion est I. 8. Ioseph. l. 6. c. 7. Ne-  
hem. seu Esd. 2. c. 2. Fluit cum silentio, & domui David  
assimulatur, ad fontē turris fuit, dicta שילוש שילוש  
πυρῆς in τῷ σιλωμ, turris in Siloam, de qua hoc solima  
loco est mentio. Syrus dicit turri, אררי לחר in silo-  
cha. Christus debitores vocat peccatores.

§. 2. Quid decem & octo ibi egerint, quales fue-  
rint non constat. In lectione huius loci est nonnulla  
varietas. Quidam libri habent Et sicut alij, vt Bede,  
sicut &. In Graeco est ἢ pro sicut, itemque in Syro. In-  
terim diuini iudicij ratio constat suis, plebs enim  
quidam, vt alij corrigantur, nam tormenta paucorum  
sunt omnium exempla, vt ait Cyprianus de lapsis.

VERSUS 6.

Dicebat autem & hanc similitudinē:  
Arborem ficī habebat quidam pla-  
tatam in vinea sua, & venit qua-  
rens fructū in illa & non inuenit.

QVÆSTIO I.

Quomodo cohaeret parabola ficus cum  
precedentibus?

§.1. **I**am crebro animaduerti diuersas ex varijs Chri-  
sti concionibus sententias coniungi, nec ordi-  
nem connexionemque, sed rem ipsam & doctrinam  
spectandam. Hoc tamen loco, quia apparet con-  
nexio ex eaque parabola scopus, non est omitterenda il-  
lius expositio. Omnes nisi poenitentiam agerent, Parabolam  
perituros, vt Galilaei & quos turris obruetat, praedixit: sicut  
Hic alij omnino non credebant, alij logos sibi annos totum  
promit-

ADAMI  
+ EVANG  
CYL

